Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



spiritalib⁹ sermonibus · Audi moysses quomodo uerbum legis nec pluuia
nominat · nec rorem uocat · nec ymbrem · nec nubem aliquid dicens · sed sicut
moysses uaria eloquia ploquitur · tamquam exercitus multiformis
disciplinae ploquens · ita et esaias cum dicit · audi celum et percipe
auribus terra · quoniam dominus locutus est · Sed et unus quisque prophetarum
cum aperuerit os · ymbres deducit super faciem terre · hoc est auribus
cordis audiamus · Hoc sciens et apostolus paulus dicebat · terra enim ue
nientem sepe super se bibens ymbrem et germinans herbam opportu
nam · his a quibus colitur accipit benedictionem a deo · que autem profu
lerit spinas et tribulos reproba est et maledicto proxima · cuius
finis erit ad exustionem · Huiusmodi hec apostolus de terra hac dicit ·
si nec accipit terra benedictionem a deo cum ymbres biberit et fructus
produxerit · si neque si spinas ac tribulos pro pluuia protulerit · consequitur
maledictionem a deo · Sed nos terra id est nostrum cor si susciperit fre
quentem uenientem super se pluuiam doctrine legis et adtulerit fruc
tum operum accipit benedictionem · si uero non opus spirituale · si spinas et tri
bulos id est sollicitudines seculi habeat aut uoluptatum et diuitiarum
cupiditates · reproba est et maledicto proxima est · cui finis erit
ad exustionem · Et pro unusquisque audiendum · susciperit ymbrem uerbi dei · et si quid de fructu attulerit
operis dei benedictionem consequitur · si uero susceptum dei uerbum con
tempserit et audita frequenter neglexerit · ac sollicitudini secularium
rerum libidinique subiecerit tamquam spinis suffocauerit uerbum
maledictionem pro benedictione conquirit · et pro caritudine finem
exustionis inuenit · Dabo quinquit uobis pluuiam in tempore
necessario · Addit et in tempore · Sicut enim ymber iste terrenus si
in tempore uenerit · id est cum messis colligitur · cum fruges terrenas in
aras · ob id magis quam prodesse uidebitur · ita et ubi quibus pluuia uerbi
dei ministranda commissum · obseruare debent hoc quod dicit scriptura